ANNOT. - F. 1 post Libanii argum. in Olynthiaca: + τοῦ Μονεμβάσ(ας) φλωρ(ιον) α' | + εἰς τὴν Βενέτ(ον) φλωρ(ια) γ' + (καὶ) παλ(ιν) γ' (ἤμισυ) | + εἰς τὴν φεράρ(αν) φλωρ(ια) ζ' (καὶ) ὁ εὔρον α'. τοῦ αὐτοῦ β' | (al. atram.) (καὶ) πάλ(ιν) φλωρ(ια) ζ' τοῦ ἄλλου α' (sic) τοῦ γρυψίμ(α)τ(ο)ς (i.e. γραψίματος) β'. An fuerit qui haec scripsit inter Graecos qui anno 1438 Ferraram venerunt? - F.1<sup>v</sup> nomina mensium more Latinorum et Graecorum (cf. supra ad f. 25<sup>v</sup>) ter repetuntur. In marg. adser. est Καπαδοξ (cf. supra f. 100 et infra f. 26 et 186<sup>v</sup>). - F. 26 quaedam de Philippicis ὁ κατὰ Φιλίππου λόγος τρίτος οὐκ ἔστι ἐν ταύτῃ τῇ δέλτῳ ὁ βο (abrumpitur folio lacerato) | οὐν μαθεῖν πεπληρωμένου τοῦ περὶ στεφάνου λόγου εὐρήσει φύλλον καὶ γραψάτο ... | + διὰ τοῦτο τοῖνον γέγραπται καὶ ἡ παροῦσα ἐνθυμησία. In calce bis monocondylium ὁ Καππάδοξ. - + αὐτῇ ἡ βίβλος ἡγορησθη παρὰ ἐμοῦ εἰς ὑ(πέ)ρ(π)ρ(α) ε': ζ' (sic) | et infra ab ead. m. (δμοῦ) (ὑπέρ) (ὑπέρ)π(ρ)ρ(α) ος', sed non refert, ut puto, ad librum. F. 82<sup>v</sup> repetitur pluries initium orationis contra Androtionem (ὑπερ εὐκτῆμων ὁ ἄνδρες δικασταὶ παθῶν ὑπὸ Ἀνδροτίωνος; v. supra f. 83). - F. 160<sup>v</sup> repetunt variae manus

quaedam verba e Demosthenis orationibus necnon versus quae exstant supra f. 100. - F. 186<sup>v</sup> invenitur bis monocondylium Καππάδοξ; add. manus Latini cuiusdam: *boni homo sapia che qui sto | capadocha che goso como bufarea e' may noi sauera (?) | leticiej (?)*; in calce ab al. m.: *consilium vulpis non e(st) utile pulis*. - F. 244<sup>v</sup> Ἰ(ησοῦ)ς Χ(ριστὸ)ς ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐν ἔτει ,ς λδ' ἔτει (sic) | ἰδ. α' (re vera a. mundi 6934 [= 1426] incidit in quartam ind.).

NOT. ANT. - In calce f. 1 adgl. scidula chart.: *Demosthenis orationes et alia aliorum. 991*. - F. 1<sup>v</sup> in calce inf.: *Demostenis or(at)iones*.

BIBL. - Terzaghi, op. cit. - N. Terzaghi, *Synesii Cyrenensis hymni et opuscula*, t. II, Roma, 1944, p. XXXIII. - Devreesse, *Fonds*, pp. 221, 293, 456. - L. Canfora, *Inventario dei mss greci di Demostene*, Padova, 1968, p. 59.

INTEG. - Integ. chart. corio flavo obductum. In dorso scutum Pii papae IX (1846-78) et Angeli Mai card. bibl. (1854-1855) necnon codicis numerus auro impressus.

928. (olim 997) saec. XIV in., chart., mm 315 × 210, ff. I. 267.

<Aelii Aristidis> orationes (hic et in codd. subsequ. nota «D» pro editione Dindorfiana utimur): <sup>1</sup> (f. 1<sup>r-v</sup>) fragmentum <or. Heracles> (D. V) (I 59, 7 κἀν τούτῳ - 62, 11 Ἀπόλλωνος D) cum uno scholio (inc. δεδιττέσθω τοῖνον ὁ Ζεὺς) in marg.; <sup>2</sup> (ff. 1<sup>v</sup>-3<sup>v</sup>) in Athenam divinatricem (D. II); <sup>3</sup> (ff. 4-5<sup>v</sup>) in Asclepiades (D. VII); <sup>4</sup> (ff. 5-6<sup>v</sup>) Dionysus (D. IV); <sup>5</sup> (ff. 7-52<sup>v</sup>) <or. Panathenaica> (D. XIII) cum scholiis (ed. Dindorf III 10, 34-343, 9). Desideratur primum folium (I 150, 1-152, 8 τούς D.); <sup>6</sup> (ff. 53-96<sup>v</sup>) de rhetorica 1-2 (D. XLV = ed. Lenz-Behr II) cum scholiis (cf. ed. Dindorf, t. III, pp. 356-431); <sup>7</sup> (ff. 97-172) pro quattuor viris (D. XLVI = ed. Lenz-Behr III) cum scholiis (cf. ed. Dindorf, t. III, pp. 439-734, sed differunt aliquantulum a nostro codice); <sup>8</sup> (ff. 172-178<sup>v</sup>) ad Capitonem (D. XLVII) cum scholiis; <sup>9</sup> (ff. 178<sup>v</sup>-184) or. Sicula 1 (D. XXIX = ed. Lenz-Behr V) cum <Arethae> scholiis paucis (ed. F. Lenz, *Untersuchungen*, pp. 122-123, nunc etiam in eiusdem *Aristeidesstudien*, p. 96); <sup>10</sup> (ff. 184-196<sup>v</sup>) de paraphthegmate (D. XLIX) cum paucis scholiis; <sup>11</sup> (ff. 202<sup>v</sup>-205<sup>v</sup>) in Sarapem (D. VIII); <sup>12</sup> (ff. 213-216) presbeutica in Achillem (D. LII = ed. Lenz-Behr XVI); <sup>13</sup> (ff. 216-224<sup>v</sup>) Romae laus (D. XIV); <sup>14</sup> (ff. 224<sup>v</sup>-227<sup>v</sup>) in imperatorem (D. IX); <sup>15</sup> (ff. 227<sup>v</sup>-228<sup>v</sup>) in Asclepium (D. VI); <sup>16</sup> (ff. 228<sup>v</sup>-231) in Iovem (D. I); <sup>17</sup> (ff. 231-237<sup>v</sup>) de concordia ad civitates (D. XLII) cum paucis scholiis; <sup>18</sup> (ff. 237<sup>v</sup>-240) oratio funebris in Alexandrum (D. XII); <sup>19</sup> (ff. 240-242) oratio funebris in Eteonem (D. XI); <sup>20</sup> (ff. 242-245<sup>v</sup>) or. panegyrica Cyzicena (D. XVI) cum duobus scholiis; <sup>21</sup> (ff. 245<sup>v</sup>-248)

genethliaca in Apellam (D. X); <sup>22</sup> (ff. 248-250<sup>v</sup>) contra incriminantes quod non declamaret (D. LI); <sup>23</sup> (ff. 250<sup>v</sup>-251) monodia de Smyrna (D. XX) cum scholiis; <sup>24</sup> (ff. 251-252<sup>v</sup>) epistula de Smyrna (D. XLI) cum scholiis; <sup>25</sup> (ff. 252<sup>v</sup>-254) palinodia de Smyrna (D. XXI); <sup>26</sup> (ff. 254-255<sup>v</sup>) or. Smyrnea politica, tit. Συμυρναϊκός (D. XV); <sup>27</sup> (ff. 255<sup>v</sup>-260) de concordia ad Rhodios (D. XLIV) cum paucis scholiis; <sup>28</sup> (ff. 260-266<sup>v</sup>) Rhodiaca (D. XLIII).

In ff. 196<sup>v</sup>-202<sup>v</sup> immixtae sunt duae Polemonis orationes <sup>1</sup> (ff. 196<sup>v</sup>-199) in Cynaegirum (ed. H. Hinck, *Polemonis declamationes quae exstant duae*, Lipsiae, 1873 [*Teubneriana*], pp. 1-17); <sup>2</sup> (ff. 199-202<sup>v</sup>) in Callimachum (ibid., pp. 17-39), necnon in ff. 206-212<sup>v</sup> varia philosophica et gnomologica: <sup>1</sup> (206-207<sup>v</sup>) excerpta varia e Philonis operibus: <sup>a</sup> (ff. 206-206<sup>v</sup>) e De sacrificiis Abelis et Caini (ed. Cohn, *Philonis Alexandrini opera quae supersunt*, t. I, Berolini, 1896, pp. 202-257), <sup>b</sup> (ff. 206<sup>v</sup>-207) e De iustitia (ed. ibid., t. V, pp. 243-265), <sup>c</sup> (ff. 207-207<sup>v</sup>) e De agricultura (ed. ibid., t. II, pp. 95-132); <sup>2</sup> (ff. 207<sup>v</sup>-210<sup>v</sup>) Excerpta e Plutarchi Moralibus: <sup>a</sup> (ff. 207<sup>v</sup>-209<sup>v</sup>) e Consolatione <ad Apollonium> (ed. G.N. Bernardakis, *Plutarchi Chaeironensis Moralia*, t. I, Lipsiae, 1888 [*Teubneriana*], pp. 248-298), <sup>b</sup> (ff. 209<sup>v</sup>-210) e De sera numinum vindicta (ed. ibid., t. III, pp. 417-466), <sup>c</sup> (f. 210<sup>r-v</sup>) e De curiositate (ibid., pp. 334-354); <sup>3</sup> (ff. 210<sup>v</sup>-212<sup>v</sup>) Α πο φ θ η γ μ α τ α varia virorum illustrium quorum nomina citantur rubro colore ornata in marg., e.g. Thales, Solon, Chilon, Aristoteles, Socrates, Plutarchus, inc. Θαλοῦς, πρεσβύτατον τῶν ὄντων θεός (ut Oxon. Barocc. 103, f. 1; cf. et *Gnomologium Vaticanum*, ed. L. Sternbach nr. 320), des. καὶ τὸ συμβησόμενον δ' ἐξ αὐτοῦ ἄτοπον, οὐκ ἀφίησι τῇ διανοί(α) προβλέπειν; apud Stobaei eclogas nil huiusce generis inveni.

MAT. - Folia umore maculata, sine tamen ullo textus detrimento; praesertim ff. 253-266 tineis perterebrata, f. 267 recentius laciniis chartaceis orae internae adglutinatis reffectum.

FASC. - 32 quat. Fasc. 2-25 signati sunt in ora sup. et inf. sinistra primae et in ora inf. dextera ultimae fasc. paginae (si excipis fasc. 2, ubi nota primae paginae in medio marg. sup., ultimae autem in ora inf. sinistra inscripta est). Ff. 1-6 separatim adglut. sunt; perierunt primum folium primi fasc. (ante f. 7), ultimum fasc. 26 (post f. 212) necnon ultima duo folia fasc. 32 (post f. 266).

CHART. SIGNA - Galea, ut M.-T. 1745: *Siena 1321* (e.g. ff. 1, 24).

SCHEM. - Leroy 12 D 1 (v. e.g. ff. 168, 169), cf. etiam Lake I 11 a (sed prima et ultima linea reatrix textus non usque ad oram externam folii protenduntur).

ORNAT. - Tituli Aristidis orationum rubro colore exarati sunt.

NOT. ANT. - Medio in marg. sup. f. 1 signum † observatur. Medio fol. I vetera codicis nota 997 adscripta est. Tabulae ant. inf. adglut. est schedula: *Aristides 997*.

BIBL. - Lenz, op. cit. - B. Keil, *Aelii Aristidis Smyrnei quae supersunt*, II, Berolini, 1898, pp. XVII-XIX. - Lenz, *De codice quodam Vaticano reperto*, in: *Rendiconti della R. Accad. Naz. dei Lincei. Cl. di Sc. morali, storiche e filologiche*, ser. VI, t. 10 (1934), p. 425 n. 1. - Id., *On the Authorship of the Leptinean declamations attrib. to Aristides*, in: *American Journal of Philology*, t. 63 (1942), p. 425 n. 1. - Devreesse, *Fonds*, pp. 53, 220, 292, 353, 411. - *Aristidis opera*, ed. Lenz-Behr, t. I, p. LXI.

INTEG. - Integ. ligneum corio rubro obductum. Scuta et ornamenta ut supra cod. 926. In libri sectura inferiore scriptum est litteris capitalibus atramento fusco Ἀριστιδης.

929. (olim 1001) saec. XIII ex., chart. orient. (f. 225 membran.), mm 240 × 160, ff. I. 225 (+ f. 1<sup>a</sup>).

<Aelii Aristidis orationes>. <sup>1</sup> (ff. 1-53) <or. Panathenaica> in initio mutila, inc. βουλήματι τῷ σφετέρῳ (p. 152, 22 ed. Dindorf, or. XIII = ed. Lenz-Behr or. I, t. I, p. 9, 12), cum scholiis in marg. (ed. Dindorf, t. III, pp. 215-343), de quibus vide hic et infra Lenz, *Untersuchungen*, pp. 96-97. Subsequuntur (ff. 53-54) <prolegomena ad Platonem pro quattuor viris>, «Treatise TE» apud Lenz, *Prolegomena*, pp. 127-137, 8 (abrupitur τούτων διέφερον). - F. 54<sup>v</sup> vacat; <sup>2</sup> (ff. 55-84) <De rhetorica 1>, tit. in marg. ab alia manu alioque atram. add.: ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγος α. (D. XLV = ed. Lenz-Behr II), cum scholiis (ed. Dindorf, t. III, pp. 356-429); <sup>3</sup> (ff. 84-98) De rhetorica <2>, tit. in rasura Ἀρ<ιστείδου> πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ ῥητορικῆς; add. al. m. alioque atram. in marg. ὑπὲρ ῥητορικῆς λόγος β. (D. XLV = ed. Lenz-Behr II); <sup>4</sup> (ff. 99-174) <Ad Platonem pro quattuor viris (D. XLVI = ed. Lenz-Behr III); praecurrit (ff. 98-99) hypothesis (= hyp. H<sup>2</sup>, apud Lenz, *Prolegomena*, pp. 169-172; ab al. m. in marg. add. tit. ὑπόθεσις ὑπὲρ τεσσάρων). Dividitur in quinque partes: <sup>a</sup> (ff. 99-111<sup>v</sup>) Pericles; tit. ab al. m. in marg. add. (Dindorf, t. II, pp. 156-202, 20 = ed. Lenz-Behr or. III, t. I, 2, pp. 293-332, 8), cum scholiis (Dindorf, t. III, pp. 438-515), <sup>b</sup> (ff. 111<sup>v</sup>-115<sup>v</sup>) Cimon; tit. in marg. ab al. m. add. (Dindorf, t. II, pp. 202, 21-214, 19 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 332, 9-342, 14), cum hypothesis et scholiis (Dindorf, t. III, pp. 515-531), <sup>c</sup> (ff. 115<sup>v</sup>-122<sup>v</sup>) Miltiades, tit. ab al. m. in marg. add. (Dindorf, t. II, pp. 214, 20-

238, 6 = ed. Lenz-Behr or. III, t. I, 2, pp. 342, 14-361, 9), cum hypothesi et scholiis (t. III, pp. 531-573), <sup>a</sup> (ff. 122<sup>v</sup>-143) Themistocles; tit. add. ab al. m. in marg. (Dindorf, t. II, pp. 238, 7-295, 18 = ed. Lenz-Behr or. III, t. I, 2, pp. 361, 9-414, 4), cum scholiis (id., t. III, pp. 574-664), <sup>e</sup> (ff. 143-174) communis apologia <ad Platonem>; tit. ab al. m. in marg. add. (Dindorf, t. II, pp. 295, 19-414, 16 = ed. Lenz-Behr or. III, t. I, 3, pp. 414, 5-524, 4), cum scholiis (Dindorf, t. III, 664-733). Desiderantur pp. 351, 19 (Dindorf) διακόνους (ed. Lenz-Behr, t. I, 3, p. 467, 21) - 354, 16 τούς γε (ibid. 470, 24) et 360, 3 εἰ δ' ἄρα (ibid. 476, 18) - 366, 18 ἐν ταυθοῖ (ibid. 482, 17); <sup>5</sup> (ff. 174-176<sup>v</sup>) ad Capitonem, tit. Ἀριστείδου ῥήτορος πλατωνικός πρὸς Καπίτωνά (D. XLVII = ed. Lenz-Behr IV), cum paucis scholiis quae differunt ab ed. Dindorf (t. III, pp. 733-734); <sup>6</sup> (ff. 177-187<sup>v</sup>) <Romae laus> (D. XIV; cf. et ed. L.A. Stella, Romae, 1940), duobus foliis abscissis abrumpitur 366, 17 οἰκουμένην; <sup>7</sup> (ff. 188-192<sup>v</sup>) <contra proditores mysteriorum> (D. L), initium mutilum, ut videtur, et tota oratio ita madore deleta ut nihil paene et sub luce speciali perspiciatur excepto fine; <sup>8</sup> (ff. 192<sup>v</sup>-195<sup>v</sup>) <de non agendis comoediis> (D. XL); <sup>9</sup> (ff. 195<sup>v</sup>-201) Rhodiaca (D. XLIII); <sup>10</sup> (ff. 201-? 204) oratio funebris in Alexandrum (D. XII); finis orationis non conspicitur scriptura madore deleta; <sup>11</sup> (ff. 204-209?) alia quaedam Aristidis oratio plane evanida; <sup>12</sup> (ff. 209<sup>v</sup>?-211<sup>v</sup>) <prospneticus> (D. XXII); finis tantum orationis perspicitur initio evanido; <sup>13</sup> (ff. 211<sup>v</sup>-218) <Or. Sicula 1> (D. XXIX = ed. Lenz-Behr V); <sup>14</sup> (ff. 218-224<sup>v</sup>) <Or. Sicula 2> (D. XXX = ed. Lenz-Behr VI), sed nescimus an fuerit integra ultimo folio madore deleta. Custodiae codicis causa in fine (f. 225) add. est folium membranaeum ex alio libro avulsum continens fragmentum instrumenti latini saec. XIV ca. de monasterio quodam in diocesi Turonensi.

MAT. - Multa folia tineis perterebrata. - Ff. 151-224 ita madore deleta ut scriptura saepe ne sub luce speciali quidem discernatur. Ante f. 1 et post ff. 161, 174 et 201 multa folia avulsa sunt cum magno textus detrimento.

FASC. - Ternio (6), quinio (16), ternio (22), quinio (32), ternio (38), quinio (48), ternio (54), 12 quat. (150), ff. 4 + 1 (155), 6 quat. (196). Post f. 197 ordo foliorum restitui non potest.

SCHEM. - Lake I 6 a, Leroy U 20 1 n (v. e.g. f. 16); Lake I 1 b, Leroy P 2 00 D 1 (v. e.g. f. 154). Spatium scriptum: mm 175/185 × 110, linn. 31-34.

SCRIPT. - Codicem exaraverunt duo scribae, qui eodem tempore floruerunt (ff. 1-150; 151-224).

ANNOT. - In f. 1<sup>a</sup> (180 × 140 mm, ex alio codice avulso) brevis index latinus codicis (manu saec. XVII aut XVIII).

POSS. - Impressum est sigillum Bibl. Nat. Par. (cf. *Recensio*, pp. 65-66).

NOT. ANT. - F. IV scidula adglut. est: *Aristidis panathennicus* (sic) et alia eiusdem 1001.

BIBL. - *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt*, ed. B. Keil, t. II, Berlini, 1898, p. XVIII. - Lenz, *Untersuchungen*, p. 96. - Id., *Aristidesstudien*, p. 78. - Devreesse, *Fonds*, p. 496. - *Aristidis opera*, ed. Lenz-Behr, t. I, p. LXI.

INTEG. - Ut supra cod. 926.

930. (olim 721) saec. XIV in., chart., mm 245 × 175, ff. I. 245.

<Aelii Aristidis orationes>. <sup>1</sup> (ff. 1-50<sup>v</sup>) <or. Panathenaica> (D. XIII = ed. Lenz-Behr I), mutila in initio (inc. 152, 25 Dindorf ὄσον καθ' ὅρα = ed. Lenz-Behr t. I, p. 9, 15) cum scholiis ut exstant apud Dindorf, t. III, pp. 1-343); <sup>2</sup> (ff. 51-104<sup>v</sup>) De rhetorica 1 et 2 (D. XLV = ed. Lenz-Behr II) cum scholiis (ed. Dindorf, t. III, pp. 356-432); paucae glossae inter lin. partim in linguam latinam versae a viro grammatico quodam; <sup>3</sup> (ff. 105-196<sup>v</sup>) Ad Platonem pro quattuor viris (D. XLVI = ed. Lenz-Behr III), praefixo argumento (scil. hypothesi H<sup>1</sup>, ed. Lenz, *Prolegomena*, pp. 157-166). Dividitur in quinque partes: <sup>a</sup> (ff. 105<sup>v</sup>-122) Pericles (ed. Dindorf, t. II, pp. 156-202, 20 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 293-332, 8), <sup>b</sup> (ff. 122-126<sup>v</sup>) Cimon (ed. Dindorf, t. II, pp. 202, 21-214, 19 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 332, 9-342, 14), cum hypothesi (ed. Dindorf, t. III, p. 515), <sup>c</sup> (ff. 126<sup>v</sup>-135) Miltiades (ed. Dindorf, t. II, pp. 214, 20-238, 6 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 342, 14-361, 9) cum hypothesi (ed. Dindorf, t. III, p. 531) et paucis glossis et scholiis ined., <sup>d</sup> (ff. 135<sup>v</sup>-156<sup>v</sup>) Themistocles (ed. Dindorf, t. II, pp. 238, 7-295, 18 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 361, 9-414, 4), <sup>e</sup> (ff. 156<sup>v</sup>-196<sup>v</sup>) communis apologia ad Platonem (ed. Dindorf, t. II, pp. 295, 19-414, 16 = ed. Lenz-Behr or. III, t. II, pp. 419, 5-524, 11); <sup>4</sup> (ff. 216-231) Romae laus (D. XIV; cf. et ed. L.A. Stella, Romae, 1940); <sup>5</sup> (ff. 231-238<sup>v</sup>) ad Capitonem (D. XLVII = ed. Lenz-Behr IV); <sup>6</sup> (ff. 238<sup>v</sup>-245<sup>v</sup>) contra proditores mysteriorum (D. L). Immixta est (ff. 202<sup>v</sup>-215<sup>v</sup>) Libanii declamatio V, scil. Antilogia Achillis ad Ulixem (ed. Foerster, t. V, pp. 303-360).

MAT. - Primum et ultimum folium offuscata et evanida sunt; qua de causa scholia in primi folii marginibus legi nequeunt. Omnia fere folia in marg.

lacerata aut vermibus corrosa et charta translucida obducta sunt. Alia folia in oris charta spissiore refecta sunt.

FASC. — 31 fasc.: 1-6 quat. (47), 7 ternio (53), 8-19 quat. (149), 20 ternio (155), 21 quinio (165), 22 ternio (171), 23 quinio (181), 24 ternio (187), 25 quinio (198), 26 ternio (203), 27 quinio (213), 28 ternio (219), 29 quinio (229), 30 ternio (235), 31 senio (245). Absunt primum folium in primo fasc. et in ultimo duo. In fasc. 3-19 signatae sunt interdum notae in ora sinistra primi et dextera ultimi folii.

CHART. SIGNA — Circuli duo linea secti quae uno ex latere producitur et in crucem desinit (e.g. f. 162), ut Mošin-Traljić 2024: *Siena 1334*.

SCHEM. — Lake I 38 b, Leroy 24 D 1 (v. e.g. f. 86, at lineae in margine sup. ob laciniam chartaceam non perspiciuntur); Lake I 29 a, Leroy 44 C 1 s (v. e.g. f. 41, at lineae in marg. sup. ob rationes supra dictas non perspiciuntur).

SCRIPT. — Liber a duobus scribis eodem tempore exaratus est: <sup>1</sup> ff. 1-148, 238<sup>v</sup>-245) <sup>2</sup> ff. 149-238<sup>v</sup>.

ORNAT. — Ff. 86<sup>v</sup> e 105<sup>v</sup> litterae initiales grandiores atramento fusco et rubro exaratae. Titulus f. 51 rubro colore depictus est.

ANNOT. — F. 50<sup>v</sup> ὁ πρῶτος λόγος ἔχει φύλλα να'. — F. 245<sup>v</sup> diversarum manuum conscribitiones nullius momenti: <sup>1</sup> in ora superiore τὰ παρὰ πολλῶν ἐπιζόμενα ταῦτα ἐστὶ οφελον | ὕλεος λόγος τὸ λέγειν καλῶς ἀπασιν ἀράσ...; | <sup>2</sup> in medio folio lexeis graeco-latinae οὐκ οὐκ ἰγίτουρ ἀπαναινομαι *abrenuntio*; <sup>3</sup> (rubro colore) λυπιοῦμαι τὸ (alia evanida); <sup>4</sup> ἀπ' ἀρχῆς φερροντες οἶον τὰ χρήματα | ἀπὸ τῶν τελῶν; | <sup>5</sup> φρίκει κυρίως ἡ θάλασσα ἐγείρων κύματα. In ora inf. preces, sed humiditate deletae ut partim legi nequeant: ἀρχὴ μὲν ..... ἐπεύχομαι τῷ θεῷ καὶ τῇ παναγία (ὑπεραγία suprascr.) καὶ παναχράντω δεσποίνῃ θεοτόκῳ (suprascr.) αὐτοῦ τε μητρὶ | ..... ἐπὶ λόγοις ὡς ἐργωδῆς οὐσα καὶ τοῖς ἐρῶσι δεῖ ... μικροῦ...

NOT. ANT. — F. I adglut. est scidula: *Aristidis orationes cum annot(atio-nibus)*. 721.

BIBL. — Foerster, op. cit. — R. Foerster, *Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanios*, Stuttgart, 1878, 48. — *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt*, ed. B. Keil, t. II, Berolini, 1898, pp. XVIII, XIX. — Devreesse, *Fonds*, pp. 33, 53, 226, 292. — *Aristidis opera*, ed. Lenz-Behr, t. I, p. LXI.

INTEG. — Integ. chart. corio fusco abductum. In dorso scutum Pii IX papae (1846-78) auro impressum.

931. (olim 92) saec. xv med., chart., mm 285 × 195, ff. I. 374.

*Aelii Aristidis* <orationes>. <sup>1</sup> (ff. 3-46) Or. Panathenaica (D. XIII = ed. Lenz-Behr I), tit. Ἀριστείδου ῥήτορος παναθηναϊκός; praecedit ff. 1-2<sup>v</sup>, manu librarii, index cum «initii»; <sup>2</sup> (ff. 46-119<sup>v</sup>) Ad Platonem pro quattuor viris (D. XLVI = ed. Lenz-Behr III). Dividitur in quinque partes, ut in codd. supra laudatis, sed sine glossis et scholiis; <sup>3</sup> (ff. 119<sup>v</sup>-146) <De rhetorica 1> (D. XLV = ed. Lenz-Behr II);

<sup>4</sup> (ff. 146-158<sup>v</sup>) <De rhetorica 2> (D. XLV = ed. Lenz-Behr II); <sup>5</sup> (ff. 158<sup>v</sup>-164) <Ad Capitonem> (D. XLVII = ed. Lenz-Behr IV); <sup>6</sup> (ff. 164-169) <Or. Sicula 1> (D. XXIX = ed. Lenz-Behr V); <sup>7</sup> (ff. 169-174<sup>v</sup>) <Or. Sicula 2> (D. XXX = ed. Lenz-Behr VI); <sup>8</sup> (ff. 174<sup>v</sup>-177<sup>v</sup>) <Pro pace Lacedaemoniis concedenda> (D. XXXI = ed. Lenz-Behr VII); <sup>9</sup> (ff. 178-180<sup>v</sup>) <Pro pace Atheniensibus concedenda> (D. XXXII = ed. Lenz-Behr VIII); <sup>10</sup> (ff. 180<sup>v</sup>-185<sup>v</sup>) <De societate or. 1> (D. XXXVIII = ed. Lenz-Behr IX); <sup>11</sup> (ff. 185<sup>v</sup>-191) <De societate or. 2> (D. XXXIX = ed. Lenz-Behr X); <sup>12</sup> (ff. 191-198<sup>v</sup>) <Leuctrica or. 1> (D. XXXIII = ed. Lenz-Behr XI); <sup>13</sup> (ff. 198<sup>v</sup>-206<sup>v</sup>) <Leuctrica or. 2> (D. XXXIV = ed. Lenz-Behr XII); <sup>14</sup> (ff. 206<sup>v</sup>-210<sup>v</sup>) <Leuctrica or. 3> (D. XXXV = ed. Lenz-Behr XIII); <sup>15</sup> (ff. 210<sup>v</sup>-213<sup>v</sup>) <Leuctrica or. 4> (D. XXXVI = ed. Lenz-Behr XIV); <sup>16</sup> (ff. 213<sup>v</sup>-218) <Leuctrica or. 5> (D. XXXVII = ed. Lenz-Behr XV); <sup>17</sup> (ff. 218-232) <De paraphthegmate> (D. XLIX); <sup>18</sup> (ff. 232-236) <Or. panegyrica Cyzicena> (D. XVI); <sup>19</sup> (ff. 236<sup>v</sup>-239) <Genethliaca in Apellam> (D. X); <sup>20</sup> (ff. 239-242) <Contra incriminantes quod non declamaret> (D. LI); <sup>21</sup> (ff. 242-243) <Monodia de Smyrna> (D. XX); <sup>22</sup> (ff. 243-244<sup>v</sup>) <Epistula de Smyrna> (D. XLI); <sup>23</sup> (ff. 244<sup>v</sup>-246<sup>v</sup>) <Palinodia de Smyrna> (D. XXI); <sup>24</sup> (ff. 246<sup>v</sup>-248) <Prosphonicus> (D. XXII); <sup>25</sup> (ff. 248-250) <Or. Smyrnea politica> (D. XV); <sup>26</sup> (ff. 250-251<sup>v</sup>) <Or. Eleusinia> (D. XIX); <sup>27</sup> (ff. 251<sup>v</sup>-256<sup>v</sup>) <Contra proditores mysteriorum> (D. L); <sup>28</sup> (ff. 256<sup>v</sup>-259<sup>v</sup>) <De non agendis comoediis> (D. XL); <sup>29</sup> (ff. 259<sup>v</sup>-261) <In puteum Asclepii> (D. XVIII); <sup>30</sup> (ff. 261-269) <De concordia ad civitates> (D. XLII); <sup>31</sup> (ff. 269-273) <Presbeutica ad Achillem> (D. LII = ed. Lenz-Behr XVI); <sup>32</sup> (ff. 273-275<sup>v</sup>) <In Athenam divinatricem> (D. II); <sup>33</sup> (ff. 275<sup>v</sup>-277<sup>v</sup>) <In Asclepiades> (D. VII); <sup>34</sup> (ff. 277<sup>v</sup>-279<sup>v</sup>) <Heracles> (D. V); <sup>35</sup> (ff. 279<sup>v</sup>-280<sup>v</sup>) <Dionysus> (D. IV); <sup>36</sup> (ff. 280<sup>v</sup>-291<sup>v</sup>) <Romae laus> (D. XIV; cf. et ed. L.A. Stella, Romae, 1940); <sup>37</sup> (ff. 291<sup>v</sup>-295) <In imperatorem> (D. IX); <sup>38</sup> (ff. 295-296<sup>v</sup>) <In Asclepium> (D. VI); <sup>39</sup> (ff. 296<sup>v</sup>-299) <In Iovem> (D. I); <sup>40</sup> (ff. 299-300<sup>v</sup>) <In mare Aegeum> (D. XVII); <sup>41</sup> (ff. 300<sup>v</sup>-303<sup>v</sup>) <In Serapem> (D. VIII); <sup>42</sup> (ff. 304-307<sup>v</sup>) <In Poseidonem> (D. III); <sup>43</sup> (ff. 308-309<sup>v</sup>) <In Eteonem> (D. XI); <sup>44</sup> (ff. 309<sup>v</sup>-313) <Or. funebris in Alexandrum> (D. XII); <sup>45</sup> (ff. 313-318<sup>v</sup>) <De concordia ad Rhodios> (D. XLIV); <sup>46</sup> (ff. 318<sup>v</sup>-325) <Rhodiaca> (D. XLIII); <sup>47</sup> (ff. 325-338) <Or. Aegyptiaca> (D. XLVIII); <sup>48</sup> (ff. 338-344<sup>v</sup>) <Sacra or. 1> (D. XXIII); <sup>49</sup> (ff. 344<sup>v</sup>-352) <Sacra or. 2> (D. XXIV); <sup>50</sup> (ff. 352-356<sup>v</sup>) <Sacra or. 3> (D. XXV); <sup>51</sup> (ff. 356<sup>v</sup>-366) <Sacra or. 4> (D. XXVI); <sup>52</sup> (ff. 366-372) <Sacra or. 5> (D.

XXVII); <sup>53</sup> (f. 372) <Sacra or. 6> (D. XXVIII). - Ff. I. 372<sup>v</sup>-374<sup>v</sup> scriptura vacant.

MAT. - Codex bene servatus, praeter maculas in imis ff. 205-207; margines nonnullorum foliorum tineis perterebrati (v. e.g. ff. 201-214).

FASC. - 47 quat.; in media ora inf. primi et ultimi folii uniuscuiusque fasc. notae signatae sunt. F. I separatim adglut. est; quat. 47 caret in fine duob. foliis.

CHART. SIGNA - E.g. ff. 29, 44 + 45 et saepius: trimontium circulo inscriptum e quo surgit linea recta, cf. Briquet 11850: *Genova 1451*.

SCHEM. - Lake I 2 b, Leroy 20 D 1. Spatium scriptum: mm 195 × 135, linn. 34.

SCRIPT. - Codex ab uno eodemque scriba exaratus est.

ORNAT. - Ff. 1-2<sup>v</sup> litterae initiales or. XIII et XLVI rubro colore exaratae, necnon tituli or. XIII et XLVI, sed omnino desiderantur in cett. or.; fasciolae in fine indicis (f. 2<sup>v</sup>) et in initio orationum supr. indic. (f. 3 et f. 46).

NOT. ANT. - F. I in ora sup. crux (†) apposita est. In medio f. I<sup>v</sup> scripsit al. m.: *Aristidis or(ati)o(n)es LVII*.

BIBL. - *Aelii Aristidis Smyrnaei quae supersunt*, ed. B. Keil, t. II, Berlin, 1898, pp. XVII-XIX. - F. Lenz, *Der Oxoniensis Canonicianus 84 des Aristides*, in: *Hermes*, t. 65 (1930), pp. 212, 213. - Id., *Aristidesstudien*, pp. 102, 103. - Devresse, *Fonds*, pp. 33, 51, 95, 132, 157, 201, 243, 282, 319, 408.

INTEG. - Ut supra cod. 930, sed add. est in imo dorso scutum Angeli Mai card. bibl. (1853-1854).

932. (olim 724) a. 1319 scriptus (f. 327), chart., mm 225 × 145, ff. IV. 389 (+ 183<sup>a</sup>, 183<sup>b</sup>, 381<sup>a</sup>).

1 (ff. 3-91) *Aelii Aristidis* <orationes> (tit. Ἀριστῆιδ(ου) βηβλίον β<sup>v</sup>). <sup>1</sup> (ff. 3-16) *Leuctrica* 2 (D. XXXIV = ed. Lenz-Behr XII); <sup>2</sup> (ff. 16-21<sup>v</sup>) *Leuctrica* 3 (D. XXXV = ed. Lenz-Behr XIII), cum paucis scholiis ab al. m. add. in marginibus; <sup>3</sup> (ff. 21<sup>v</sup>-26<sup>v</sup>) *Leuctrica* 4 (D. XXXVI = ed. Lenz-Behr XIV); <sup>4</sup> (ff. 26<sup>v</sup>-33<sup>v</sup>) *Leuctrica* 5 (D. XXXVII = ed. Lenz-Behr XV); <sup>5</sup> (ff. 33<sup>v</sup>-35) *Monodia* de Smyrna (D. XX); <sup>6</sup> (ff. 35-37<sup>v</sup>) *Oratio Eleusinia* (D. XIX); <sup>7</sup> (ff. 37<sup>v</sup>-40) *Epistula* de Smyrna (D. XLI), cum uno scholio in marg. f. 38<sup>v</sup> (ad 764, 17 ταῦτα οὐχ ὥς: inc. ἀρίστη τοῦ λόγου οἰκονομία); <sup>8</sup> (ff. 40<sup>v</sup>-44) *Palinodia* de Smyrna (D. XXI); <sup>9</sup> (ff. 44-54<sup>v</sup>) *De concordia ad Rhodios* (D. XLIV), cum paucis scholiis a librarii manu additis in marg.; <sup>10</sup> (ff. 54<sup>v</sup>-62) *Oratio panegyrica Cyzicena* (D. XVI), add. al. m. pauca scholia in f. 59; <sup>11</sup> (ff. 62-67) *Genethliaca* in Apellam (D. X); <sup>12</sup> (ff. 67-70) *In puteum Asclepii* (D. XVIII); <sup>13</sup> (ff. 70-79) *Contra*

*proditores* mysteriorum (D. L), cum scholiis in marg. ab al. m. additis; <sup>14</sup> (ff. 79-84) *Contra incriminantes quod non declamaret* (D. LI); <sup>15</sup> (ff. 84-91) *Presbeutica ad Achillem* (D. LII = ed. Lenz-Behr XVI). Praecedunt <sup>a</sup> (f. 1) *gnomologica* varia ex auctoribus antiquis (imprimis *Plutarchi* et *Apollonii Rhodii* ut videtur) et christianis excerpta, inc. Πλουτάρχου. ὁ παλαιὸς νέος καὶ ὁ νέος ἀρχαῖος, des. <Αν?>τιόχου. ἦν ὁ νοῦς εἰς πάντων νοερώτερος, εἰς δὲ γ' ἔστι ὁ λόγος ἀφθίτος υἱός. ἀπαύγασμα νοεροῦ π(ατ)ρ(ός). εἰς ἅμα τῶ π(ατ)ρί, <sup>b</sup> (f. 1<sup>v</sup>) *Theodori Prodromi* versus de mensibus (a Martio usque ad Septembrem), ed. Keil, *Die Monatscyclen in der byz. Kunst*, in: *WS*, t. 11 (1889), pp. 110-113, et *Nicola Callicle, Carmi*, ed. R. Romano, Napoli, 1980, carm. 37, pp. 125-128, <sup>c</sup> (f. 2) index libri (πίναξ τῆς παρούσης βίβλου), <sup>d</sup> (f. 2<sup>v</sup>) *nomena mensium* apud Romanos, Macedones, Hebraeos, Aegyptios, Graecos (Ἑλληνας), Athenienses. - Ff. I-IV<sup>v</sup> scriptura vacant.

2 (ff. 91-107<sup>v</sup>) *Libanii* declamatio V, scil. Achillis ad Ulixem antilogia (ed. Foerster, t. V, pp. 303-360).

3 (ff. 108-132) *Luciani* dialogi tres: <sup>1</sup> (ff. 108-118<sup>v</sup>) *Symposium* sive *Lapithae* (ed. M.D. Macleod, *Luciani opera*, Oxonii, 1972, t. I. 17); <sup>2</sup> (ff. 118<sup>v</sup>-128) *Cataplus* sive *tyrannus* (ed. ibid. I. 19); <sup>3</sup> (ff. 128-132) *Somnium* sive *vita Luciani* (ed. ibid., t. II. 32).

4 (ff. 132<sup>v</sup>-155) *Libanii* *Oratio* de saltatoribus (or. LXIV, ed. Foerster, t. IV, pp. 420-498).

5 (ff. 155-335<sup>v</sup>) *Aelii Aristidis* <orationes>, <sup>1</sup> (ff. 155-174) *Romae laus* (D. XIV; cf. et ed. L.A. Stella, *Romae*, 1940); <sup>2</sup> (ff. 174<sup>v</sup>-177) in *Asclepiadem* (D. VI); <sup>3</sup> (ff. 177-181) *In Iovem* (D. I); <sup>4</sup> (ff. 181<sup>v</sup>-183<sup>a</sup>) *In mare Aegaeum* (D. XVII); <sup>5</sup> (ff. 183<sup>a</sup>-188<sup>v</sup>) *In Serapem* (D. VIII). - F. 183<sup>b</sup>-<sup>v</sup> vacat; <sup>6</sup> (ff. 188<sup>v</sup>-196) *Isthmicus* in *Poseidonem* (D. III); <sup>7</sup> (ff. 196-198<sup>v</sup>) *In Eteonem* or. *funeris* (D. XI); <sup>8</sup> (ff. 198<sup>v</sup>-205) *In Alexandrum* or. *funeris* (D. XII); <sup>9</sup> (ff. 205-217<sup>v</sup>) *Rhodiaca* (D. XLIII); <sup>10</sup> (ff. 217-222<sup>v</sup>) *In Athenam* *divinatricem* (D. II); <sup>11</sup> (ff. 222<sup>v</sup>-226) in *Asclepiades* (D. VII); <sup>12</sup> (ff. 226-227<sup>v</sup>) *Dionysus* (D. IV). In marg. ff. 226<sup>v</sup> et 227 scholia nonnulla; <sup>13</sup> (ff. 227<sup>v</sup>-231) *Heracles* (D. V); <sup>14</sup> (ff. 231-242) *Oratio sacra* 1 (D. XXIII); <sup>15</sup> (ff. 242-254) *Or. sacra* 2 (D. XXIV); <sup>16</sup> (ff. 254-261<sup>v</sup>) *Or. sacra* 3 (D. XXV); <sup>17</sup> (ff. 261<sup>v</sup>-278<sup>v</sup>) *Or. sacra* 4 (D. XXVI); <sup>18</sup> (ff. 278<sup>v</sup>-289) *Or. sacra* 5 (D. XXVII); <sup>19</sup> (ff. 289-313<sup>v</sup>) *De paraphthegmate* (D. XLIX); <sup>20</sup> (ff. 313<sup>v</sup>-335<sup>v</sup>) *Or. Aegyptiaca* (D. XLVIII).



6 (ff. 335<sup>v</sup>-355) <Ps.> **Plutarchi** Consolatio ad Apollonium (ed. W.R. Paton - I. Wegehaupt, *Plutarchi Moralia*, t. I, Lipsiae, 1925 [*Teubneriana*], pp. 208-252).

7 (ff. 355-367<sup>v</sup>) **Aelii Aristidis** De concordia ad civitates (D. XLII). abrumpitur (primo fasciculi 47 folio desiderato) τῶν θειοτάτων (θειῶν ed.) βασιλέων καί (ed. Dindorf, t. I, p. 795, lin. 14). Pauca scholia ab al. m. scripta inveniuntur in marg.

8 (ff. 368-377) **A n o n y m i** cuiusdam oratio in imperatorem, **M i c h a e l e m** VIII Palaeologum ut opinor, in initio mutila, inc. πάντ(α) τολμῶντες οἱ λόγοι καὶ νῦν ὁμοίως θρασύνονται, des. εὐπορεῖν αἰεὶ καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἀβρύνεσθαι. Aristidi tributa esse videtur, quod in tabula f. 2 inuenies: μγ' [i.e. ordo orationum in marg. sup. uniuscuiusque folii indicata - cf. infra «FASC.»] τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον εἰς βασιλέα τ(ὸν); nomen autem imperatoris desideratur.

9 (ff. 377<sup>v</sup>-378<sup>v</sup>) **Libanii** Monodia de templo Apoll. Daphnaeo (or. LX, ed. Foerster, t. III, pp. 311-321).

10 (ff. 379-380<sup>v</sup>, lin. 6) <Proverbiorum collectio>, inc. τέττιγα τοῦ πτεροῦ συνείληφας (cf. Luciani Pseudolog. 1 = ed. M.D. Macleod, *Luciani opera*, Oxonii, 1980, t. III, 51, 1, lin. 7; necnon Apostolii Centuria 16, 32 apud E.L. Leutsch, *Paroemiographi Graeci*, t. II, Gottingae, 1851, p. 666), des. εἰ ἄρα πλούτω τε νῦν καὶ ἐξουσία ὀλίγον προφέρομεν. In calce f. 379 duo **Basilii Magni** et **Aristidis** proverbia addita sunt. Subsequitur f. 380<sup>v</sup>, lin. 6 excerptum e **Thucydide** de Cylone Atheniensi, lib. I 126, 3 (Κύλων ἦν) - 12 (ἀπ' ἐκείνων).

11 (ff. 381-387<sup>v</sup>) **Quaedam de temporum computatione**, e.g. quomodo invenianda sint solis lunaeque cycli, ieiunia, paschatis dies, dies festae, quando oriatur necnon occidat luna etc., inc. πόσοι εἰσὶν οἱ κύκλοι τῆς ἰνδικτιῶνος τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, des. καὶ ἀπὸ δευτέρας τῆς ἐπαύριον ἄρξαι καὶ ἑβδομάδος κατὰ τὸν δρόμον σου. - F. 381<sup>a</sup> (parte recta et versa) scriptura vacat. Subfiguntur (f. 387<sup>v</sup>) anni menses eorumque dierum numerus. - F. 388<sup>r-v</sup> ead. m., sed postea (fortasse a. 1333 ad quem computatio spectat) exarata est solis et lunae ψηφοφορία (inc. ταῖς συναγομέναις ἡμέραις ἀπὸ τῆς πρώτου σεπτεμβρίου μηνὸς ἕως τῆς ἐπιζητουμένης ἡμέρας) necnon notula de

horoscopto (inc. τὰς ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ὥρας ὅσας βούλει πολλαπλασιάζε). - F. 389<sup>r-v</sup> scriptura vacat.

**MAT.** - Charta bonae notae.

**FASC.** Duo folia (ff. 1-2). 18 quat. (146). 1 ternio (152). 23 quat. (335; tolle f. 183<sup>b</sup> recentius additum). 1 quinio (345). 1 ternio (351). 3 quat. (ex ultimo unum folium, ante f. 368, effluxit). 1 ternio (380). 1 quat. (388). In primae et ultimae uniuscuiusque fasciculi paginae ora inf. med. inuenies notam. In media ora sup. uniuscuiusque folii adhibiti sunt numeri orationum (a manu post.) ut exstant in indice f. 2.

**CHART. SIGNA** - <sup>1</sup>(ff. 6. 24. 30) securis (cf. M.-T. 4611: *Fabriano 1323*) <sup>2</sup>(ff. 39. 97. 102. 105 et saepius) duo folia, circulis similia, inter se iuncta <sup>3</sup>(f. 94) scutum <sup>4</sup>(f. 150) columna <sup>5</sup>(ff. 208. 210. 217. 219) crux (ut M.-T. 3536: *Zadar 1317*) <sup>6</sup>(ff. 265. 266) aquila (M.-T. 31: *Bologna 1317*) <sup>7</sup>(f. 275) aquila (cf. M.-T. 33: *Genova 1325*) <sup>8</sup>(f. 309) crux (M.-T. 3552: *Bologna 1318*) <sup>9</sup>(f. 341) norma (M.-T. 3686: *Genova 1315-19*).

**SCHEM.** - Leroy 10 D 1 m (v. e.g. ff. 193, 194). Spatium scriptum: mm 160/180 × 90, linn. 26-28.

**SCRIPT.** - Codicem Iohannes Pepagomenus die 13 iunii anni 6827 (i.e. 1319) subscripsit, ut exstat in f. 377: ἐγράφη τὸ παρὸν Ἀριστείδου ἀριστον βιβλίον διὰ | χειρὸς(ς) ἐμοῦ τοῦ Πεπαγομένου Ἰω(άν)νου, μηνὶ ἰουνίῳ γγ'. ἡμέρα | τετράδι ἐν ἔτει | ρωκζ'. δόξα οὖν τῷ παρασχόντι τὸ | αὐτοῦ τέλος. ἀμήν +. De Iohanne Pepagomeno cf. quae scripserunt Vogel-Gardthausen, p. 185 et in primis Turyn, *Codd. gr. Vat.*, p. 116. De Pepagomenorum stirpe disseruit P. Schreiner, *Eine griechische Grabinschrift in Corridonia*, in: *JÖB*, t. 20 (1971), pp. 156-160.

**ORNAT.** - Fasciola simplex in initio (f. 3). Litterae initiales interdum grandiores foliis parvis saepe intextis aut caudae modo additis. F. 89 hominis (?) figura cum baculo.

**ANNOT.** - F. 1<sup>v</sup> monocondylium (Ἰωάννης Πεπαγωγμένος?). - F. 160<sup>v</sup> (rubro colore) τῶν ἀγίων εἰς | ἄγια ἡ ἁ - F. 378<sup>v</sup> (a diversis manibus, colore rubro exarata): <sup>1</sup>οὐκ ἔνι δ' αὖ τὸν ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν | ὑπὲρ αὐτοῦ μή τι γε δὴ τῷ θ(ε)ῶ | ; <sup>2</sup>ἐγὼ μὲν οὖν (καὶ) ταῦτα (καὶ) τὰ πάντα αἰεὶ φάσκοιμι; <sup>3</sup>ἐγὼ μὲν οἴμαι τὸν εὖ παθόντα | ; <sup>4</sup>μέγας εἶ κ(ύρι)ε. - F. 388<sup>v</sup> septem monocondylia, probationis calami modo (e.g. σθενα, νησια et alia eiusdem generis).

**POSS.(?)** - F. 388 (in calce) παράλαβεν ἡ ἀρχόντησα ἡ δούγγενα [i.e. Δούκαινα] πωλεσ(ας) παρὰ | ασπρα ε'.

**NOT. ANT.** - F. II: *Aristidis et quaedam(m) Plutarchi*.

**BIBL.** - Keil, Romano, Schreiner, Vogel-Gardthausen, opp. et locc. citt. - *Aelii Aristidis quae supersunt*, t. II, ed. B. Keil, Berolini, 1898, pp. XVII et XVIII. - K. Mras, *Die Überlieferung Lucians*, in: *Sitzungsber. der K. Akad. d. Wissenschaften in Wien, Phil.-Hist. Kl.*, t. 167 (1911), fasc. 7, p. 47 n. 7 (codex falso saec. xv tributus). - Foerster IV, p. 417 et V, p. 293. - F. Lenz, *Der Oxoniensis Canonicianus 84 des Aristides*, in: *Hermes*, t. 65 (1930), p. 213. - M. Wittek, *Liste des manuscrits de Lucien*, in: *Scriptorium*, t. 6 (1952), p.

317. - Lenz, *Aristeidesstudien*, p. 103. - Turyn, *Codd. gr. Vat.*, pp. 115-116. - H. Hunger, in: *BZ*, t. 58 (1965), p. 374 (de codicis scriptura). - Devreesse, *Fonds*, pp. 32, 52, 107, 141, 220, 292, 352, 407. - G.B. Alberti, *Quaestiones Tucididee*, in: *BPEC*, t. 15 (1967), p. 14, n. 23. - R. Romano, *L'attribuzione del « Timarione » pseudoluciano*, in: *Giornale Italiano di Filologia*, t. 25 (1973), p. 314 n. 5. - *Aristidis opera*, ed. Lenz-Behr, t. I., p. LXII (multis cum erroribus). - N.G. Wilson, *Miscellanea Paleographica*, in: *Greek, Roman and Byzantine Studies*, t. 22 (1981), p. 397. - M.L. Agati, *La congiunzione xai nella minuscola libraria greca*, in: *Scrittura e Civiltà*, t. 8 (1984), tabula 8.

INTEG. - Ut supra cod. 926.

**ADDENDA ET EMENDANDA**

874

ANNOT.

f. 241<sup>v</sup> ante rationum enumerationem scriptum ἐτελήθη το παρὸν βιβλίον et in eiusdem folii margine externo (sed alia manu) αἰγρηθησα στ (?) διδόπους.

f. 252<sup>v</sup> <sup>b</sup> post christogramma addit manus rudis X(ριστ)ε ὁ θ(εο)ς ἡμῶν ἐλεησον ἡμας ἀμὴν ο προτεκδικος τῆς ἀγγέλατ(ης) μη(τροπολεως), necnon + Γασπάς ἤφερεν τὸν λιβανον Μαρκειον ἤφερεν τὸν χρυσον (cf. supra, codicis descriptionem).

Denique eadem manus quae in parte superiore folii observatur eadem verba latina litteris graecis scripta bis iteravit atque in christogramma inclusit.

f. 253 <sup>a</sup> post Χαμιχ(αήλ) add. ἐκγραφὶ X(α)μιχα(ήλ).

<sup>b</sup> describimus preces omnino ut exstant in codice: X(ριστ)ε ὁ θ(εο)ς (ἡ)μῶν ἐλεησον ἡμ(ας) ἀμην κ(υρι)ε I(ησο)υ | X(ριστ)ε ἡμῶν ὁ φωτήσας τὴν κοῦμην(ην) | ὁ στισ(ας) τα ὄρι καὶ τι θαλασσα ἐλε|ήσον με τον δοῦλο(ν) σου Διγιτριανο(ν). iterantur ab eadem manu rudiore quae in f. 252<sup>v</sup> observantur: X(ριστ)ε ὁ θ(εο)ς ἡμῶν ἀλεησον | ἡμας ἡμας ἀμην κ(υρι)ε ὁ I(ησο)υ ὁ | X(ριστ)ος (η)μῶν ὁ φωτήσας τὴν κοῦ(μηνην). <sup>c</sup> scripsit ead. manus rudis non solum sententiam ἐντιμοταται etc., sed etiam paulum supra quaedam verba quorum sensus non intellegitur: ἀπὲ τὸν δὲ μεριν|ὸν (?) υα(sic) κ(αι) πάλιν.

f. 253<sup>v</sup> omnino describimus preces in archangelum Michaellem ση χαρίται ἡμῆνασε τῶν ἀγγέλων ταξιαρχῆ ὁ πρωτοστα|τῆς γαρ ἡμο καὶ ἡμετέρος προστατης ὁ μεγας | ἀρχηστρατη(γος) τη σήμερον ἡμερα ἐ τ(ο)υ σεπτο(υ) αυτου | τε μενειν παραδοξος ἐπόπτα νομινους | ἀγγος ἀγγοτα(τος) Χριστε εν ἡμιν. – In ora superiore eiusdem folii alphabetum graecum.

878

num. 7 scholia in Luciani Phalaridis prioris capp. 2-5 ed. nunc Bühler I, p. 360 s.

num. 8 scholia in Synesii epistulas ed. Bühler I, pp. 362 ss. In fine BIBL. adde: Bühler I, pp. 130, 136 ss., 343, 346, 359 ss., 362 ss.; Bühler IV, p. 38.

889

In fine f. 126, post exemplum verbi τύπτειν., addita sunt scribae manu septem aenigmata, sub tit. ὥραϊα τινὰ ἀινιγματώδη, scil. <sup>1</sup> κύων πόδα ἤσθιεν <sup>2</sup> ἤδει ἀπ' αὔριον; <sup>3</sup> οὔτος ἴς ἀν ἀΐτην; <sup>4</sup> εἰ ὠά νησσῶν; <sup>5</sup> τάχῃ σοι μαίνει; <sup>6</sup> ὦμοι διὰ τά; <sup>7</sup> πῆς ἐπ' ὀρδίνου.

Descripsit ea ex nostro codice in cod. Vat. lat. 9781, f. 276 H. Amatius (i.e. Girolamo Amati, Bibliothecae Apostolicae scriptor, de quo disserunt Bignami-Odier, *La bibliothèque Vaticane*, p. 222, n. 54 et M. Buonocore, *L'attività epigrafica di Girolamo Amati negli anni romani 1818-1834*, in: *Bulletin de l'Institut Historique Belge de Rome*, tt. 55-56 [1985-86] pp. 237-252). Gratias ago v.d. M. Buonocore qui me de hoc codice latino docuit. Isdem Amatius descripsit etiam e f. 137 cancri versus (Vat. lat. 9781, f. 276<sup>r-v</sup>), e f. 141 Maximi Planudis proverbia (ibid. ff. 276<sup>v</sup>-277) necnon e f. 159<sup>r-v</sup> Virgilii interpretationes et commentarios in oracula (ibid. ff. 277-278). ad num. 29: antistoicheia non Francisci Maturantii, sed Anonymi sunt, quod codex, ut infra demonstrabitur, a Maturantio descriptus non est.

ad script.: Iam P. Canart, *Les Vaticani graeci 1487-1962*, Città del Vaticano, 1979, pp. 146-147 dubitavit an cod. Vat. gr. 1584 a Maturantio exaratus esset. Nunc Ph. Hoffmann, *La collection des manuscrits grecs de Francesco Maturanzio, érudit Pérugin (ca. 1443-1518)*, in: *Mélanges de l'école française de Rome. Moyen Age - Temps Modernes*, t. 95 (1983), pp. 89-147 exempla scripturae graecae Maturantii praebet demonstrantia neque hunc codicem neque alia supra p. 58 memorata ab eius manu descripta esse.

894

Descripsit e nostro codice ff. 43<sup>v</sup>-46 H. Amatius (v. supra) Procli hymnos in solem, in Venerem et in Musas necnon librarii sententiam in fine Gorgiae Helenae laudis (Vat. lat. 9781, ff. 265-268, sed falso refert ad Vat. gr. 594).

In fine BIBL. adde: *Georgia, Encomio di Elena*, rec. F. DONADI, Roma, 1982, p. XX.

- 895 277<sup>v</sup> sententiae eadem sunt atque in cod. Vat. gr. 889, 142<sup>v</sup>.  
In fine BIBL. adde: Bühler I, pp. 205, 262, 343; - Bühler IV, p. 40.
- 903 Post SCRIPT. (p. 94) adde: codex in Italia australi exaratus est ut demonstrat Cavallo p. 92. In fine BIBL. adde: Bühler I, p. 184.
- 905 ad num. 3: post finem cap. V Aristotelis Historiae animalium sequitur prima cap. VI sententia (ed. laud. 558<sup>b</sup> 8-9) litteris colore nigro et rubro delineatis.
- 908 Plene describimus notulam grammaticalem in f. 47<sup>v</sup> (cf. ANNOT.): εἰ μὴ τὸ δεύτερον εἰς κ(αι) ἐκβολῇ τοῦ σ.ε.ι.το τρίτον ἐσσι διὰ δύο σ. κ(αι) τροπ(ῆ) | τοῦ ἐνὸς σ εἰς τέσ τιν δ κ(αι) ἔστιν γρ(άφεται): τὰ δυῖ ἡχὰ ἐστ(όν) ἐστ(όν). - In libri sectura inf. scriptum est *Euripides*.
- 909 In fine BIBL. adde: *Euripides, Orestes*, rec. C.W. WILLINK, Oxford, 1986, p. LXV.
- 914 E nostro codice f. 21 H. Amatius (v. supra) vertit in Latinum sermonem initium Iuliani Misopogonis, ed. Lacombrade pp. 156, 1 - 158, 4 (Vat. lat. 9781, f. 249<sup>r-v</sup>).

INITIA OPERVM  
QVAE INEDITA VEL MINVS NOTA  
VISA SVNT

**A**

- ἀβᾶ φάγε μέγα φάβα. Anon. versus cancri 889 137.
- ἀγνηορία ἢ ἀνδρεία ἀπὸ τοῦ ἄγη. Quaedam lexicographica 926 22.
- ἀγορανομῶ γενικῇ ἀγορανομῶν Ῥωμαίων ἐτελεύτησε. Quibus casibus verba iungantur 895 28'.
- ἀδνούμιον κατ' ὄνομα διέρχασθαι. Glossae nominicae 874 241.
- αἰθραφερῆς πάσης οὐρανοῦ τέρμον. Hexametra incerta 889 168.
- αἱ λέξεις εὐρηγνται μὲν ἐπὶ μηνύσει. Anonymi de oratione 900 211'.
- αἴλουρος εἴσω χειᾶς (sic) κατοικίαν. Lexicographica quaedam 872 247.
- αἰνυμένω σοφίης κάλλεσι τερπομένω. Anon. epigr. 915 142.
- ἀλλὰ δόξαι λόγων ἐμῶν ὑμνητήριον. Precatio in S. Nicolaum Myrensem 895 242' (ANNOT.).
- ἀλλὰ πολλάκις ἐνομίσαμεν εἶναι. Epistulae fragmentum 894 118'.
- ἀλλ' εἴτε νέα τῶν μέτρων ἢ θεωρία. Anon. proleg. in rem metricam 895 283.
- Ἄλέξανδρος φρόνημα μὲν εἶχεν. Notula de Alexandro 889 152.
- ἀλλ' ἡμῶν μὲν ἀγάμενοι (?). Anon. ep. ad Proclum 920 81.
- ἀμέλει τοιγαροῦν ἀπλῶς οὕτως οὖν. Glossae ex anon. lexico 872 2'.
- ἀναβάσατε τὰ σάβανα. Anon. versus cancri 889 137.
- ἀναγράφω τὸ ἐπὶ στήλης γράψαι. Notula de Themistocle 910 136'.
- ἀναπαιστικὸν δὲ μέτρον ἐστὶ τὸ κατεχόμενον. Anon. commentarium in Hephaestionis enchiridium 896 11.
- ἀνάπασιν δὲ τὴν γενεαλογίαν τοῦ Χριστοῦ. Gregorii Nazianzeni de genealogia Christi 875 296'.
- ἀνθρωπον ὄντα δεῖ φρονεῖν τ' ἀνθρώπινα. Menandri comici versus selecti 915 45.
- ἀπαιδέυτου ἔργον. Anon. sententia 894 110.
- ἀπνους μὲν εἰμι τοὺς βροτοὺς δὲ βωννύω. Anon. aenigma 889 140' 153.
- ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοῦ λεγομένου. Notula de Dionysii descriptione orbis 902 212'.
- ἀπτερός εἰμι καὶ κινούμενος. Anon. aenigma 889 139.
- Ἄρδητὸς ὄρος ἐστὶν ἐν ᾧ τοὺς ὄρκους ἐποιούντο. Theophylacti archiep. Bulgariae interpretationes nominum 900 1\*.

- ἄρκευθος εἶδος σίτου. De iunipero 914 11'.
- ἄρχεται ἀπὸ τοῦ δακτύλου πρῶτον μέτρον. Varia metrologica 900 6.
- ἀρχὴν ἀπάντων καὶ τέλος. Gregorii Nazianzeni poema 889 157, 924 2'.
- ἀρχὴν νόμιζε τῶν ὄλων εἶναι θεόν. Poem. alphab. Ioh. Chrysost. trib. 924 2.
- ἀρχῆς καλῆς καλλίστου. Gregorii Nazianzeni disticha gnomologica 876 5, 883 169', 889 157.
- ἀρχίλοπος ὁ ἀρχαῖος κλέπτης. Anon. glossarium 874 103.
- Ἄρτέμιον εἶπου τε τῷ βασιλεῖ. Oracula theosophica 924 2.
- ἄστεγον ἐπ' οἶκον δέχου καὶ τυφλὸν ὁδήγει. Anon. sententiarum collectio 895 259.
- ἄσυνάρτητον δὲ μέτρον ἐστίν. De metris quae ἀσυνάρτητα dicuntur 896 20.
- ἄτμις ἀνθυμίαισις ἄκρον πυρός. Anon. glossarium 874 108.
- αὐθέκαστος ὁ ἀκοινώνητος καὶ ἐν τοῖς καθ' ἓνα θέλων ἀριθμεῖσθαι. Scholia in Luciani Phalaradis I 878 181'.
- αὕτη τρέπει τὸ βραχὺ ᾧ εἰς ἦ. De dialecto Ionica 895 293.
- αὐχένος ἐκ δολιχοῦ γῆθεν ἀειρομένη. Anon. aenigma 889 138'.
- ἄφατοι οἱ ἄδοξοι. Glossae in Hesiodi opera et dies 873 272.
- ἀφίκετό μοι ἡ αἴλουρος. Theoph. Simocatae (?) ep. 875 333'.
- ᾧ φωνῆεν δίχρονον. De nominibus litterarum 887 24'.

**B**

- βαλῶν εἰς ἀγγεῖον πλατό. De atramento aureo 914 2.
- βαλῶν εἰς ἄγγος ὑέλινον. De atramento aureo 914 1.
- βαρβαρισμός ἐστιν λέξις ἡμαρτημένη. De barbarismo et soloecismo 887 20.
- Βαρθολομαῖος οἶδος κρεμάσας ὕδατα. Lexicon biblicum 914 180.
- βίος σημαίνει ζ' τὴν τέχνην ὡς τὸ βίον ἐμπορικόν. Fragmenta grammatica et lexicographica 883 231.

**Γ**

- Γειῶν, ὅτι ἀπὸ γῆς ἐπλασεν. Nomina fluminum 867 180.

γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις. *Aprophthegmata varia* 915 222 (p. 133).  
γίνωσκε ὅτι ὁ ἥλιος κυκλεύεται. *Varia chronologica* 874 260.  
γίνωσκε, ὅτι τὸ λαμβικὸν μέτρον δέχεται πόδας. *De iambico metro* 889 141', 920 98'.  
γνώσεως ὄργανα ὀκτώ. *Excerpta grammatica* 913 60'.  
γνώσις βροτοῖς μέγιστον. *Anon. versus de disciplina* 927 100 (p. 164).

## Δ

δεῖ σε γινώσκειν ὅτι τὸ νομικὸν φάσκα. *De pascha* 914 192.  
Δημήτριος φέρων Δημήτριον. *Francisci Maturantii antistoicheion* 889 175 (sed cf. *Addenda*).  
διαπορητέον ἡμῖν διὰ τί εἶναι ὀκτὼ μέρη τοῦ λόγου. *De octo partibus orationis* 883 67.  
διαπορητέον ἡμῖν διὰ τί ἐστὶν ὀκτὼ μέρη. *De octo orationis partibus* 914 143.  
διὰ τί Ἑρακλῆς Ἑρμῆς περισπᾶται. *Erotemata de circumflexione* 887 93.  
διὰ τί φησὶν ὁ Ἱπποκράτης οἱ ψυχροί. *Excerpta ex Hippocrate* 914 28'.  
Διὸς ἐπιτρέψαντος ἔρχονται βοηθήσειν. *Periocha vigesimi Iliadis carminis* 903 179'.  
δίψωσαν ναυμάτων ζωοποιῶν καὶ δεομένην. *Anon. epistula* 924 1.  
δύο κύκλων ἀνίσων δοθέντων. *Problemata geometrica* 914 44.  
δύο σημαίνει τὸ τῆς ὀρθογραφίας ὄνομα. *Anon. de orthographia* 887 96.

## Ε

ἐὰν ἄδῃλον κατ' οὐσίαν τὸ κρινόμενον. *Anon. quaestiones per se stases* 900 29.  
ἐὰν ἐρωτηθεὶς παρά τινος. *Tractatulus de fide orthodoxa* 875 286.  
ἐὰν τίς σοὶ ἀπαγγείλῃ. *Anon. sententia* 894 110'.  
ἔδως φαινὸν ὄμμα τῶν νέων ἔδως. *Constantini Stilbae versus in iuvenem* 900 209'.  
ἔζων ποτὲ ἔζων. *Anon. aenigma* 889 140.  
εἰ βούλει γράψαι μετὰ μαλάγματος. *De atramento aureo* 914 1.  
εἰ βούλει εὐρεῖν ποίαν ἡμέραν τῆς ἐβδομάδος. *De inveniendō primo cuiusdam mensis die methodus* 883 π, 914 66.  
εἰ βούλει εὐρεῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν. *De Apostolorum ieiuniis* 914 192.  
εἰ βούλει εὐρεῖν τὸν θεμέλιον τῆς σελήνης. *De lunae themelio* 914 192.  
εἰ βούλει εὐρεῖν τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον. *De solis cyclo* 914 192.  
εἶδον ἀρρήτους ὄμμασι. *Anon. aenigma* 889 138.

εἰ θέλεις εὐρεῖν τὸ λεγόμενον θεμέλιον. *De inveniendō lunae themelio methodus* 883 π, 914 66.  
εἰ καὶ πεζοὶ παρὰ Λύδιον. *Quaedam de orthographia* 926 1.  
εἰκὸς ἦν ὦ θεϊότατε βασιλεῦ. *Epistula falso Basilio Magno trib.* 869 130.  
εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ὦν. *Anon. aenigma* 889 137'.  
εἰμὶ πατρὸς Λουκοῦ. *Anon. aenigma* 889 138'.  
εἰμὶ τὸ δεύτερον. *Notula de re grammatica* 908 (ANNOT.).  
εἴπατε καὶ λέξατε τῷ ἀπεσταλότῃ. *Commentarius Virgillii in oracula* 889 159'.  
εἰπέ ποῦ ἢ χθὲς ἦβη. *Anonymi versus de vanitate* 910 36, 911 54'.  
εἰποις δ' ἂν ἔλαφρον θεῖν. *De quibusdam animalibus quomodo currant* 883 171', 914 11'.  
εἰπὼν τὸ ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς. *Remedium ad lunaticos* 914 187'.  
εἰρωνεύου καθ' ὑποκρίνου. *Glossae sine ordine* 872 2.  
εἰς ἀκροάσεις τινῶν. *Anon. sententia* 894 110'.  
εἰ ὡς νησῶν. *Anon. aenigma, Add. ad cod.* 889, p. 179.  
ἐκ μὲν τῶν περιολίων. *Notula de Troianis* 889 152.  
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπιΣεβήρου βασιλέως. *Notulae de Origene etc.* 874 1' (ANNOT.).  
ἐν ταῖς δίκαις οὐκ εἶπεν ὅτι. *Excerpta de statibus* 900 213'.  
ἐνωσον κομμίδιον μετὰ βαρζίου. *De atramento aureo* 914 3.  
ἐξ ἐπτά συνέστηκα γραμμάτων. *Aenigma* 889 138.  
ἐξῆλθεν Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου. *Hymnus in b. Mariam* 876 8' (ANNOT.).  
ἐξῆπόρημαι Χριστέ μου καὶ τί δράσω. *Versus in Christum Greg. Naz. trib.* 904 65.  
ἐξ ἰατρῶν πάρειμι. *Versus in Christum Greg. Naz. tributum* 904 65.  
ἐπειδὴ λυρικὸς ἐστὶν ὁ Πίνδαρος. *De metris a Pindaro adhibitis* 920 289'.  
ἐπειρώμην ἐπὶ ῥώμην. *Maximi Planudis antistoicheion* 889 156.  
ἐπέχει πρόσωπον ὡσπερ ἡ εἰκὼν. *Excerpta de statibus* 900 213'.  
ἐπῆλθε σημαίνει τρία. *Quaedam de orthographia* 926 2.  
ἐπὶ ἀνθρώπων κεκραγέναι. *Tractatus de vocibus* 914 6'.  
ἐπίθετα Διὸς Δωδωναῖος Ἰδαῖος. *De deorum epithetis* 914 66'.  
ἐπὶ παντὸς προχείρου. *Anon. sententia* 894 110'.  
ἐπιστολὴ ἐστὶν ὁμιλία ἐγγράμματος. *Excerpta Procli de forma epistulari* 875 334.  
ἐπιστολὴν τίς εἶδειξεν Ἰωσήπου Ἑβραίου τινος. *Anon. erotapocrisis* 876 112.  
ἐρήμην ποτὲ δικασθεῖς. *Maximi Planudis antistoicheion* 889 156.

ἔρριψεν ἔρριψεν με συγκόψας Σατάν. *Versus de diabolo Greg. Nanz. trib.* 904 65.  
ἐρώτησον ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ κατεκλίθη ὁ ἄρρωστος. *Prognostica de aegris* 915 47.  
ἐστίασις τὰς ἔξω. *Anon. sententia* 894 110'.  
ἐστὶν τις φύσις θήλεια. *Basili Megalomitae (?) aenigma* 889 156'.  
ἐστὶ τετρακτὸς ἐκ τριῶν συγκειμένη. *Quid sit numerus quaternarius* 914 190'.  
ἐστὶ τι πτηνὸν μονοσύλλαβον πέλον. *Anon. aenigma* 889 153.  
ἐστρατήγησε δὲ οὗτος οὖν. *Notula de Aiace* 920 81'.  
ἔτεροι δὲ ἰστόρησαν οὐχ ὑπὸ κυνῶν. *Moschopuli narratio de Euripidis morte* 897 4'.  
ἐτι μὴ τίθεται. *De punctis* 887 24'.  
